



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

ADDITIO. vide d. Hiero. Giga. in tract. crimi. lese maie. lib. i. Rub. qualiter et a quibus. q. x. vbi hac Reg. limitat 6. modis.

REGVLA CCXXIX.

ECCLESIA fundata, cōstructa, & dotata, post fundatiōē cōstructionē, seu etiā post cōsecrationē, nō pōt acquiri in ea ius patronatus: quia cū sit libera non potest recipere seruitutes. Hāc reg. ponit glo. j. in c. pax mentis. circa medium, in vers. si quis autē post consecrationē. xvj. q. vij. & ibi Docto. & Innoc. in rubri. num. 1. de iure patro. vbi dicit dantē aliquid ecclesie, post consecrationē esse non dici patronatum, sed bene factorem. quē sequitur Ioan. And. in c. j. de iure patrona. lib. vj. Cardi. in d. rub. q. vj. & consi. lxxxv. Archi. in c. filius. xvj. q. vij. Abb. in c. quoniam. nu. 9. de iure patrona. & in consi. xxviii. nu. 1. & in consi. cvj. nu. 2. & latissime in c. fil. lix. nu. 3. vol. ij. Ange. in summa, in verbo. ius patronatus. §. iij. Felin. in c. cum venerabilis. nu. 37. ad medium, de exceptio. & ita expresse concludit Lamberti. per plura, in tract. iuris patrona. in lib. q. vj. primæ partis principi. nu. 1. cum seq. fol. 47. col. iij.

Hanc regu. ampliat tripliciter, & limitat 3. modis, vbi has ampliat & limi. sublimitat & declarat, Cæsar Lamberti. in tract. iuris patrona. in j. par. j. lib. in viij. artic. vj. q. princ. nu. 4. per totum, fol. 56. col. iij.

REGVLA CCXXX.

E DE RE non cogitur quis inuitus rationes, vel instrumenta: sed tertius, apud quem reperiuntur. Hanc regulam probat glo. in l. fraudem. in §. nec instrumenta. in verbo edi. ff. de iure fisci, quam p. notabili allegat Ange. de Perus. in l. j. in §. editiones. ff. de eden. eadem glo. sequitur Abb. in c. j. nu. 22. de probatio. vbi repræhendit Anto. de Butr. qui contrarium tenuit per rationes quas ibi Abb. adducit. quam glo. sequitur Ias. in l. prætor ait. in princ. nu. 5. ff. de edic. & secundum illam glo. consuluit Alexand. in consi. lviii. nu. 4. vol. j. Felin. in d. c. j. nu. 14. de probatio.

Hanc regulam limitat septem modis Philip. Dec. in d. c. j. de probatio, a nu. 273. vsque ad nume. 282.

REGVLA CCXXXI.

EDICTVM iuris patronatus est prohibitorium, vt omnes ex foundatione, constructione, & dotatione acquirere possint ius patronatus, qui non sunt specificè a iure prohibiti. Quam regu. probat text. & ibi Ioan. Andræ. Cardin. & Docto. per eum in c. nobis de iure patro. & ita concludit Lambertin. in tract. iuris patrona. in j. par. j. lib. in vij. q. princip. nu. 1. fol. 57. col. iij. & in eadem quaestio. viij. articu. 2. num. 33.

Hanc